

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~  
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii  
Regii Glauchensi

50 50  
NUPTIALI  
HONORI & AMORI

DN. WOLGANGI STIRI SVIDNICEN.

SPONSI

CUM

MARIA ANNA VIRGINE

DN. BALTHASARIS REIPRICH I

COS. OLIM. DE EAD. REP. BENE

MERITI RELICTA FILIA

SPONSA

27 NOVEMB. AN. clō Ioc XXXV.

Wrat̃isL̃æ

CUM DEO & DIE

FELICITER INITO

SACRATA

â

PATRONIS & AMICIS

DEVOTA VOTA

---

OLSNÆ SIL.

Typis Bößemesserianis

decusa.





A  
—  
I

I.

**N**itamur SUPERO, quo delectamur, AMORE  
Auspice quo noster captus & ortus Amor.  
Dius Amor sic nos caelesti junxit amore,  
Ne nos terrestri turbet amore Dolor.

Solus Amor, quem dius Amor fundavit, amorem,  
Firmat, & in tali nullus amore dolor.

II.

**F**undamus peniti devota precamina Cordis,  
Et benè fundatum cedit amoris opus.  
Illud amoris opus, quod post tot vota sitimus,  
Nec frustra post tot vota sitimus opus.  
Quod non picta Venus, priscis Dea ficta Poëtis,  
Sed casto castus suasit amore DEUS.  
Unanimes UNI benè confidamus; amoris  
Ut DEUS Autor erat, sic DEUS Auctor erit.  
In nos largifluo Benedictio depluet imbre:  
Adfluet omne bonum, disfluet omne malum.  
Scilicet in thalamo divina juvamina sentit  
Cæpta JUGATINO Conjuga vita DEO.

Utq̃

SENTIAT

DEVOTA VOTA

AUDIAT

QUI

AUDIT

OMNIA!

S. S.



Jocus Problematicus Nuptialis alludens  
ad Nomina Sponsi & Sponsæ.

<sup>N</sup>  
**A** <sup>G</sup> <sup>N</sup> <sup>A</sup>, <sup>L</sup> <sup>U</sup> <sup>P</sup> <sup>U</sup> <sup>S</sup>, *fœdus faciunt, sociantur & uno*  
*Concumbunt strato: res nova, mira satis!*

*Triste LUPUS stabulis: fertur cecinisse MARONEM.*

<sup>N</sup>  
*Sed Maria AGNA canit: SUAVE LUPUS THALAMIS.*

<sup>N</sup>  
*AST, LUPE Clare, tuis AGNAM qua se ingerit ulnis.*  
*Amplexu molli suscipe; nè jugules:*

*Ladendum haud morsu pecus hoc, sed lana petenda.*

<sup>N</sup>  
*Annuus ex AGNA quo tibi fructus eat.*

<sup>N</sup> *Fertilis AGNA LUPO, LUPULUM ferat ANNA vel AGNAM.*

<sup>N</sup>  
*Grata suo cicuri, sic foret AGNA, LUPO.*

Ἔἰς τῆς Φιλίας πεκμήριον  
αὐτοκεδίαζε.

Albertus à Rhor.

**A** **R** **C** **A** **N** **U** **M** est Magnum **C** **A** **S** **T** **I** pia copula **L** **E** **C** **T** **I**:  
Quippe Ea Divini dulcis imago **T** **H** **O** **R** **I**.

**M** **A** **X** **I** **M** **A** **P** **A** **R** **S** **H** **O** **M** **I** **N** **U** **M** saltem **C** **A** **R** **N** **A** **L** **I** **A** quærunt:  
Donum neglectum **S** **P** **I** **R** **I** **T** **U** **A** **L** **E** **J** **A** **C** **E** **T**.

**S** **P** **O** **N** **S** **E** tibi, ut quæras, Donum hoc **D** **E** **U** **S** obtulit ultrò:  
**M** **Y** **S** **T** **I** **C** **A** **C** **O** **N** **J** **U** **G** **I** **M** **E** **T** **A** **S** **I** **T** **I** **L** **L** **A** **T** **U** **I**.

**Q** **U** **Æ** **R** **E** **B** **O** **N** **U** **M** **H** **O** **C**, quod inest **C** **A** **S** **T** **I** **S** peramabile **T** **Æ** **D** **I** **S**:  
**Q** **U** **Æ** **R** **E** **N** **T** **I** **P** **A** **N** **D** **E** **T** **A** **T** **R** **I** **A** **S** **A** **N** **C** **T** **A** **D** **E** **U** **S**.

**D** **I** **G** **N** **A** **C** **O** **R** **O** **N** **A** **V** **I** **R** **O** **E** **S** **T**: **D** **I** **G** **N** **A** **H** **Æ** **C** **B** **E** **N** **E** **D** **I** **C** **T** **I** **O** **A** **M** **A** **N** **T** **I**:  
**D** **I** **G** **N** **A** **F** **A** **V** **O** **R** **E** **D** **I** **E** **S**, **d** **i** **g** **n** **a** **L** **A** **B** **O** **R** **E** **Q** **U** **I** **E** **S**.

**S** **E** **M** **P** **E** **R** **I** **N** **E** **X** **T** **E** **R** **N** **I** **S** **I** **N** **T** **E** **R** **N** **A** **Æ** **T** **E** **R** **N** **A** **Q**; **s** **p** **e** **c** **t** **e** **s**:  
**E** **T** **V** **E** **N** **I** **E** **T** **T** **Æ** **D** **I** **S** **I** **S** **T** **A** **C** **O** **R** **O** **N** **A** **T** **U** **I** **S**.

B 2

Hoch

Hochzeit Sonnet.

**H**ERR STYRI, weil Euch Gott zur Lebens Hülff zuführet  
Ein Zugendreiches Bildt/ voll Zucht vnd guter art/  
(a) Daran sein Milte Hand gar nichts hat gespart  
Vnd alles also schön mit Gaben viel gezieret:  
So denckt vnd schawet wohl / was Euch zuthun gebühret.  
In diesem Lebens Lauff/ in dieser Wandersfahrt:  
Wie Ihr auch widerumb Euch gegen GOTT gebahrt  
Mit Lob vnd Danckbarkeit/ auff das Ihr nicht verlihet.  
Seht das Ihr brauchet wohl / vnd bringt ins Rechte Ziel  
Wie Euch der H E R R E selbst darinnen haben wil  
Wie Er von Anfang hat die Ehe aufgesetzt  
Vnd wie Sie nach dem Fall von Christo widerbracht  
Zu Einer Christen - Ehe / in seines Geistes Macht.  
Erreicht Ihr dieses Ziel: Seelig seid Ihr geschehet!  
Votum.

Vota novis, pia Vota novis sunt debita Sponsis,  
ô STYRI, Thalamis debita vota tuis.  
Quid voveam? CARO NIL PRODEST: meliora precemur.  
Sanctus Vos DOMINI jungat utrinq; TIMOR.  
Jungat Sancta FIDES; jungat SPIRAMEN ab ALTO,  
Et qui de Superis Sedibus exit AMOR.:  
Jungat Vos CHRISTO, non MUNDO, talis, ut olim  
Possit in æternos continuare dies.

*Sincerè adprecatur*

Johannes Theodorus  
à Tschesch.

NUPTIARUM SOLENNITATI.

**O**bventu triplici, nisi fallor, GRATIA JOVE,  
In genus humanum pronior esse solet:  
NATALI, THALAMO, TUMULO q; propinquior illa,  
Ejus in his vis est commemoranda tribus.

NATAL.

*NATALEM primum, primos formavit & annos  
Moribus illa bonis, artibus illa bonis.*

*NATALI THALAMUS succedit & illa Maritam  
Adducit lateri, Sponse diserte, tuo.*

*Jam superest TUMULUS, qui quando sequetur, eundem,  
(Sed serò voveo!) spargat & illa rosis.*

*Sed serò! seros etenim vixisse per annos  
Perq; dies, etiam GRATIA magna DEI est.*

Literatissimi Dñi Wolfgangi Stirii  
animitus hoc precatur.

Joannes à Czettriz.

Amantes

WOLGANG & MARIA ANNA

Ἐυσυναρθεμελικῶς τριανταεξαμμητιζοντες

Nim gar Wol

3. I. I. 2. 5. I. I. I. I.

PERbreve Carmen habes: NIM GAR WOL: - GANG IN AMARIS  
ad CHANNAM castus: Sic Breve carmen habes.

ALIUD.

VIR Virtute viret: VIRTUS pietate paratur;  
ipsa fide Pietas; GRATIS at alma Fides.

Ergò FIDE Simplex, Rectusq; VIR esto: tuamq;  
in Virtute DOMUM cum Pietate regas.

ALIUD.

CONJUGIUM Ætatum, Statuum, Virtutum, & Honorum,  
atq; Facultatum nobile COLLEGIUM est:

Hinc tibi Discendum, quid Agendum, quidque Ferendum?  
nam quod in Hâc vitâ est, & Labor, & Dolor est.

Quicquid agis LABOR est: DOLOR est quod ferre tenéris:  
Actio habet VITAM Passio quæq; tuam.

A3

ALIUD.

ALIUD.

CONJUGIUM in sese VIRTUTES suscipit omnes:  
norma *Monarcheia* est, *Oeconomieia*, brevis.

Ergò vide, WOLGANGE, tibi quid in his <sup>fac</sup><sub>ug</sub> iendum?

Cuncta <sup>benè</sup><sub>malè</sub> <sup>effic</sup><sub>effug</sub> ies, <sup>R</sup><sub>D</sub>espiciendo DEUM.

Præcipiente DEO, tibi *Panarethusa* refundet

Omne *Bonum*: nullum, præcipitante, *Malum*.

VIR Constans; HERUS ipse Vigil; Concorsq; MARITUS  
esto; PATERq; Pius; Sic benè cedit Opus.

ADDN. WOHLUFGANGUM STIRIUM

per TÒ

DOMINUS PROVIDEBIT

Symbolisantem.

EST in Amore Labor; Labor est in Honore; Dolorq;:  
in Requite Labor est; inq; Labore QUIES.

Ergò Laborandum & Sperandum est omnibus: IPSE,  
qui benè PROSPICIET, Cuncta DEUS FACIET.

WOHLGANG.

SI vis *μακρόβι*, si vis Boni - Vadius esse

WOHLGANGE, *ἄσέβι* sis maneatq; bonus.

Si sequeris *Mosen*, vel *Paulum*, nobile Lumen,

Verus eris WOHLGANG, *ἀνυπελαργίτερον*.

WOHLGANG STIER.

Tunc Vitæ Benè - Vadis iter, WOHLGANGE, Sacerdos

Si fueris, TAURUM sacrificando tuum.

Pingve dabis, si Nosse tuum, Posse, Esse, Videri,

Velle & Habere, Uni TE dabis ipse DEO.

WOLFGANGUS Vulneratus.

De FATIS, Wolfgang, Tuis mea Vota requiris:

GRATULOR ex animo, CONDOLEO q; meo.

Jpsa,

Ipsa, tui custos, M A N U S Omnipotentis JöVÆ,  
ut doceat Mentem, fauciat ecce Manum!

Per<sup>cu</sup>ssumq; <sup>gravem</sup> <sub>tuum</sub> suavi levat Arte dolorem,  
quando, quod inflixit, Vulnere, vulnus a<sup>l</sup>it.

Quæ Tua sunt prændit; quæ sunt sua dona rependit:  
Divisas partes cum Jhoveh Sortis habes.

### WOLGANGUS Oeconomus.

Philosophus, Medicus, Consultus Jure, Sacerdos,  
Miles, Mechanicus, cuncta sit OECONOMUS.

Nam D O M U S humanæ quædam est R E S P U B L I C A Vitæ;  
quâ se nemo S I B I Vivere posse putet.

Servorum servus sis primus & ultimus ergo,

Rex bonus, ac Dominus, si cupis esse D O M Ū S.

### WOHLUFGANG CHRISTIAN.

Vita mihi C H R I S T U S: Mors est mihi M U N U S: in illo  
Mortuus, exorior; vivus in Hoc, morior.

*Ex fato D E I*

*Ex voto Amici*

T.

A B R. de Franckenberg.

### Pro novo Sponso.

Psal. 128.

In quo Regius Propheta

**S**olatur pios, qui Dominum timent, in viis  
ejus ambulant, suâq; in re multum operæ ac laboris consu-  
munt: quòd illi sint habituri uxorem, ut vitem in domo,  
liberos in mensâ, benedictionem ex Sione, salutem in Urbe,  
nepotes in familiâ, pacem deniq; in totâ regione.

*Ille*

**I**lle florebit beato  
 Et felice paratu:  
 Qui timet puro J E H O V A M  
 Cultu: quiq; meabit  
 2. In vias J E H O V A E sacratas.  
 Tu dextra geniūq;  
 Sedulo nisu fruēris  
 Et re quāq; secundā.  
 3. Palmitis Conjux feracis  
 Partes flore subibit:  
 Quae domum cinget venustam  
 Et te prole beabit.  
 Liberi velut comantes  
 Rami dulcis olivae.  
 Ambient cingentq; mensam  
 Cum risu strepituq;.

4. Hi manens fructus secundi!  
 Hae sunt commoda vita.  
 Integris probisq; parta!  
 Qui N U M E N venerantur.  
 Arce de sancta Sionis  
 Rex caeli benedicet.  
 Et tibi tuisq; natis:  
 Ut florem Solymorum  
 Aurea cernas salute  
 Dum vita trabis auram;  
 Et colas agros paternos  
 Omni tutus ab hoste.  
 Et tuis spectes ocellis  
 Sera stirpe nepotes,  
 Et genus totum Israēlis  
 Longa pace beatum.

noviter elaboratus

à J A C O B O Schickfusio de Neudorff  
 J. U. D. Sacratissimi Romanorum  
 Imperatoris, nec non Hungariae  
 Bohemiaeq; Regis Consiliario, &  
 Fisci R. per Silesiam S. patrono.

**I**ntemerata fides, & spes adamantina vestrum  
 Condecorent thalamum fertilitate pari.  
 Adsit & his Charitum dilectio juncta Sororum  
 Nexibus: hinc vobis nascitur Eusebie.

G E O R G Schönborner à Schönborn/  
 in Zissendorff. JC: Sacr. Cæs. Majest.  
 Consiliarius, & per Silesiam, Lusati-  
 amq; inferiorem Regii Fisci Patro-  
 nus, Comes Palatinus: ff. Vratislav:  
 d. 8. Octobr: qui Spei sacer. An. 1635.

Dum

\* \* \*

**D**um, WOLGANGE, meam subit admiratio mentem,  
Quod tardes socio subdere colla jugo.

Ecce moras rumpis, Patriâ dum Martia cedunt  
Prælia: Conjugium tempora pacis amat.

O quàm sepè suis mora parva clientibus adfert  
Commoda: præproperis noxius error inest.

Ergo, torum, grator, redivivâ pace, quod intras  
Pace DEI atq; hominum, pacis habeto penu.

Fida MARIA tibi, quando maris æquor arandum est,  
Et dulcis semper MANNA sit ANNA tibi.

PAX sit principium, medium finisq; fugatis,  
PAX cælo: non FAX, PAX ubi certa viret.

M. Samuel Heinnitz Jll. Aulæ

& Civitati Olsnensi a. S. Conc. Eccl.  
ejusd. Ducat. Sup. & Consist. Φιλο-  
Φροσωνs ergò ἀπεκεδίασεμ.

**P**apia cur fuerit Poppæa Quiritibus olim

Condita lex celebris; quæ jura exindè maritis,  
Præmia quæ patribus, penæ quæ calibi & orbo  
Sperandæ: ignorat nemo, nisi crudior ora  
Cui fortasse Themis, rudiorvè Thalia rigavit.  
Illa diu sed enim neglecta; & mersa tenebris,  
In lucem atq; usum retrahi si debuit unquam:  
Nunc poterat certè: pessum tot millia postquam  
Iverunt hominum: solus, velut agmine factò,  
Inter civilis furiosa tonitrua belli,  
Nec cecidit miles; pestis sed & horrida, quovis  
Sæviùs hoste furens, ignavâ morte perire,

B

Matres

Matres atq; viros, juvenesq; senesq; cœgit:  
Perq; horum jugulum pacis quoq; sustulit artes.  
Rura urbesq; suis hinc civibus atq; colonis  
Passim orbas videas. Quam prole ferace ruinam  
Vix dabitur multos deinceps sarcire per annos.  
Heic opus ergo Viris, quæis florida militet atas.  
Quæis melior vires sanguis det; languida nec dum  
Temporibus geminis canescat sparsa senectus:  
Vivida sed constet virtus, ac pectora firma:  
Ut vigilem, noctu atq; diu, tolerare laborem,  
Clademq; acceptam patriæ reparare potissint,  
Sufficiendo illi teneros usq; usq; Quirites.

Ne publica quoq; Tute rei, pro parte virili,  
Slesiaca lumen, STIRI ò perchare, juventa,  
Phæbi idem decus, ac Musarum gloria, desis:  
Deponas patriæ proprium sed & ipse talentum:  
Et præstanti animo, & præstanti corpore Nympham,  
Ipsè animo & vegeto, & florentibus integer annis,  
Auspiciis JHOVÆ, thalami tibi fœdere jungis:  
Quò vitæ tecum concorditer exigat annos,  
Pulchrâq; & multâ faciat te prole parentem.  
Fiat id! ò fiat! juxtim &, WOLFGANGE, maritus  
Ac pater esto bonus. Lex quanquam Papia dormit:  
Debitus & tibi honos & laudis adorea cedit.  
Jura trium Romæ natorum cognita prisca:  
Ter tria natorum paria at Polytecnia donet  
Si tibi, quod voveo: vir deniq; re benè gestâ  
Tunc eris: ipsa tibi Venus aurea, mater amorum,  
Dignum opera precium (Dea nempè est grata) rependet:  
Victricem imponens, decus immortale, coronam.  
Fiat id! ò fiat! vestris & cætera, faustus  
Quæ fundit thalamus, contingant gaudia tædis:  
Affluat & pleno largissima copia cornu.

ulla

*Ulla serenatas nec turbent triſtia mentes.  
Aut, ſi quid medio ſurgat de fonte lepórum,  
Ut plerumqꝫ ſolet, quod curis angat amaris,  
Viva tamen vobis nunquam ſolatia deſint.  
Gratia quin detur tandem iſthæc: cernere mecum,  
Ut liceat reducem, genti tam juſta petenti,  
Tot deſideriis optatam huc uſqꝫ Quietem,  
Ac fidam pacem. Armorum ſat nempè; cruoris  
Sat fuſum humani, & patria eſt exhausta rapinis.  
Nubila nunc cedant rerum: nunc leniùs aura  
Rideat: & bello quem fervere juſſit in hoſtem,  
In miſeros jubeat cives miteſcere Virtus.*

Nicolaus Henelius, U. J. D.

Sacr. Cæſar. Majeſt. Conſiliarius,  
nec non Ducatus Monſterbergici  
ac Territorii Francoſteinentis  
Pro - Cancellarius.

ALLUSIO  
AD CHARISSIMI SPONSOR.

PARIS

NOMINA

Wolffgangus Stirius, & Maria - Anna  
Rupertia.

**Q**uid rupes? quid gratia amara? lupusqꝫ quid? ardens  
Quid taurus? Sponſi in nominibus quod habent.  
Dicam; ſecura lupus indicat otia vite,  
Cum terrori ovibus non erit ille ſuis;  
Rupes firmati ſignat conſtantiam Amoris;  
Taurus ut aſtrorum in tramite ſidus agit,  
Sic docet erectas Sponſorum ad cælica mentes,  
Et labor ut jungi cum pietate queat;

B 2

Gratia

*Gratia nunc restat, quâ letabuntur abundè  
Sponsi, sit licet hanc Crux tegat, atq; regat:  
Non etenim solida exposcent sibi gaudia in Orbe hoc;  
Latitia sempèr stant propè fana crucis.  
Quid magis, ô Sponsi, si prèndam cuncta, velitis?  
Altius an votum cogitet ire pium?  
Nam pacem vobis, & amorem, robur & annis,  
Ac animis, horum & cum pietate decus,  
Ac patientiam, & omne bonum, & quod poscitis, opto;  
Hisce frui vobis det DEUS! & Sat erit.*

ALIUD.

Ad Nomen Wolfgangi.

**R***es benè cesserunt tenus hac, WOLGANGE, quid ultra est?  
Opto, benè ut cedant singula porrò Tibi.*

F. LL. m. q;.

GOTF. Baudis à Guldenshuben  
J. U. D. Illustris. Pr. Lignic.  
Consil. ac Cancellarius.

**D***ispar nomen habet, STIRI, tua Sponsa, MARIÆ  
ANNÆ; ast præsenti quadrat utrumq; rei,  
Conjugium res est vulgaris, mira sed illi est,  
Gratia cui dulcem miscet amaritiem.  
Dulcia qui gustat, cur non quoq; gustet amara?  
Conjugii alternas Sors amat ista vices.  
Tu tamen i contrà, WOLGANGE, audentior, omnem  
Educcabit amor, si quis amaror erit.  
Fide DEO, quid amara tibi quid acerba nocebunt  
Hujus si præsento est gratia? Fide DEO.*

Aggratulationis & Benivolentiæ  
Cââ adpos.

JOAN. Pein D.

IN-

\* \* \*

**I**Nter complures quos delegistis AMICOS

*Addere latatim si mea vota licet:*

Ex animo precor hæc: VIGEANT IN PECTORE BINO  
UNA FIDES, PIETAS, PAR AMOR, UNA SALUS.

Auspiciis lætis succedant tempore longo  
Vestri Connubii fœdera parta benè.

Principium, medium, finem fortunet JOVAH  
Vestra sit in Domino multiplicata Domus.

Amoris & honoris  
ergò vovebat

Matthæus Thomas

Consiliar. Monstерб. & Olsn.

---

Nuptias

OPTIMI, OPTIMI PARENTIS olimq; sui  
Præceptoris p. summè colendi, FILII.

**T**u licet, (à Patriis, STIRI, ceu novimus annis,)   
mi visus nullas ignis habere fibras.

At MARIANNA suis flammis stimulata virago  
torsit amorigeras, in tua corda, faces.

Hoc laudo: Quid enim Te non hæc rûet? & uri  
isthoc, à tanta virginis, igne, velis?

Non ea visa quidem nobis; sed nuncia fama  
florentem Nympham clarat honore gravi.

Eventum ergò bonum spera, DEUS adjuvet ausum,  
qui vestri Princeps Author amoris erat.

Et fac quæ tua sunt; decimo mihi scribito mense:  
Stirius & StirI filius ambo valent.

Benevol: ergò adornab:

Christophorus Albertus D.

p. t. Illmi Proregis Silesior. Archiat.

B;

Bernst.

CON-

\* \* \*

*C*onjugium quidam dicunt fatale: sed ecce  
 Nonnulli appellant id fatuale jugum.  
 Nullorum rectè intellecta est sententia vera,  
 Nec fatale jugum, nec fatuale jugum est.  
 Esto, quod ex improvise cū sit data conjunx  
 Ut THOBIÆ conjunx addita SARA fuit.  
 Esto, quod ex fatuo conjunx contingat amore,  
 DELILA SIMSONI ceu fatua uxor erat.  
 Stoicūs haud DEUS est, naturæ lege ligatus,  
 Invictum vincunt vota precesq; DEUM.  
 Quisq; suæ faber est fortunæ, crimine vite  
 Pro pœnâ S, conjunx imperiosa datur.  
 Huic rixosa, illi lasciva, huic prodiga, fastu  
 Plena: mali quid non cū mala Sponsa data est.  
 Attamen atq; pio interdum mala contigit uxor,  
 Ut patienti uxor contigit illa JOBO.  
 Sic DEUS exemplo virtutes excitat, atq;  
 Inculcat dictum: Fidere disce DEO.  
 Disce pati, pariet tandem patientia palmam,  
 Sors facilis fiet ( crede ) ferendo tibi.  
 E contra venit à DOMINO satiabilis uxor  
 Quæ facit ad nutum conjugis omne sui.  
 Nec datur ex improvise, fato vel inani;  
 Sed precibus sanctis uxor honesta datur.  
 Sponsa tibi MARIANA venit cultissime STIRI,  
 Nec fato, aut fatuo victa in amore tibi,  
Sed

*Sed DEUS hanc crebris votis precibusq; rogatus  
Largitur, danda est gratia lausq; DEO.*

*Corporis atq; animi & fortunæ commoda, vestro  
Conjugio clemens addat & ipse DEUS.*

*Exulet omne malum à vobis, benedictio dives  
Floreat, à vobis sit libitina procul.*

Honoris & amoris ergò  
ex animo devovebam

BARTHOLOMÆUS WILLENBERGER  
de Willenberg. U. I. D.

---

Præstantissimo & Humanissimo Viro  
Dño WOLGANGO STIRIO.

SPONSO.

EST via conjugium, quâ ducunt fata volentes:  
Atq; beant ductos; quis neget ergò sequi!

Ito bonam WOLGANGE viam, noli titubare,  
Quò DEUS ipse vocat, fidito & ito benè.

Vovebam

M. Daniel Hermannus

Breslæ ad D. Elisab. Pro - Pastor  
& Sacrarum Literarum Professor  
Judicij Ecclesiastici Adfessor.

---

CASTE DEUS, sacri qui sancis fœdera lecti,  
Ac animos casto, jungis amore duos:

Huc ades, atq; tuo connubia Numine vise,  
Semper ut his SPONSIS prospera multa cadant.

Hæc

*Hac & plura dabis. Tu, quæ ego animo calamoq,  
Paucula SPONSE, dedi hęc, consule, quaeso, boni.*

Optimi Parentis p. t. amici Academici,  
& ante 42. annos Competitoris,  
Optimo relicto filio, animitus  
vovet & gratulatur.

M. JOHAN. Paricius, Breslæ ad D.  
Mariam Magdalenam, Archi-  
Diaconus & Senior..

---

I.

*Triplex Conjugium.*

*Conjugium esse jugum, vix quisquam, credo, negabit,  
Et tamen en fallit, Conjugium esse jugum.*

*Nam servile jugum, quæ sit Conjunctio talis,  
In quâ vivendi copia liberior?*

*Uxori tete si jungas rite, vacabis*

*Cypridos à flammis servitiisq, simul.*

*Sin anima sponsum CHRISTUM delegeris, annon  
Jam libertatis sat tibi adeptus eris?*

*Sin penitus CHRISTO in cœlis jungaris oranti,  
An potis es vitâ liberiore frui?*

*Ergo aut Conjugii hæc liberrima fata fatere,  
Esse aut Conjugium talia vota nega.*

II.

*Triplex Vulnus.*

*Vulnera Vulneribus cumulat Tibi Patria, STIRI,  
Sed quæ non curet sanet idemvè modus.*

*Nam quæ Svidnicium Tibi sunt inflicta petenti  
Dum turba infestas reddere sueta vias,*

*Obvia prosternt, simul & rapit omnia, curat  
Chirurgi facilè docta solersq, manus.*

*Alius*

*Altiùs at penetrant, benè quæ REIPRECHTIA fixit*

*Tela, quibus mentem ceu face torret amor.*

*Nec tamen hoc etiam planè immedicabile vulnus,*

*Si, quæ causa fuit, sit medicina mali.*

*Fortè magis pungit, mage saucia pectora findit*

*Relligio rursus cedere jussa loco.*

*At ne cede malis, STIRI, aut succumbito trîstis,*

*Vulnera nam partim consolidata vides.*

*Partim, quæ nocuit jam - dudum, sponte subibit*

*Auxiliatricis prompta parata vices.*

*Quod superest, faciet qui dirigit omnia prudens,*

*A quo dependet vita salusq; Hominum,*

*Ile Tibi, Ile Tuæ, reddat faustissima quæq;*

*Ile det in reliquis prospera fata malis.*

Ex animo congratul. f.

CHRISTOPHORUS Freywalde

Baron. Mil. Cancellarius.

---

**P**ROVIDA CURA DEI, Vir præstantissime, multâ  
Conjugium, quod inis, prosperitate bect!

*Ex ipsa mente animi  
vovebat*

Wratislaviæ 24. IXbr.

Caspar Keslerus Lignicii

in Ecclesia Mariana Pastor, &

Ducalis Consistorii Adfessor.

---

**M**ENS confisa DEO Mundi ludibria ridet,

Sic medios inter belli, WOLGANGE, tumultûs,

Nec tu legitimi solatia quærere Lecti,

Nec dubitas, tribuente DEO, sperare quietem.

C

Talibus

Talibus auspiciis cui cælitus obtigit Uxor,  
Tutus ab Asmodeo, Raphaëlis sistitur armis,  
Nec metuit bombardarum, Cæliq; ruinas.  
Degeneres animos timor arguit: & mala mens est,  
Quæ diffusa DEO, Mundi ludibria curat.

*Hac agrâ mente manuq;*

*J. Friedenreich D.*

---

*Quas tibi debuerat nuptas incendere tædas*

*Patria, proh miseris anxia tota modis,*

*Bresla vicem hanc, præter spem, fungitur, altera vobis  
Patria, jam posito libera lata metu.*

*Usq; adeò abstrusum est, quo tempore, quovè locorum  
Jungendas jungat dia Pronœa animas!*

*Jungimini, dumq; ò alibi benè vivitis unà,  
Pro Patriæ pariter fundite vota Bono.*

*Svidnicii d. 5. Novembr. 1635.*

*Plang. veriùs quàm pang. bona  
& felicia quæq; ex animo  
precatuſ*

*Thom: Schramus,  
Patriæ hætenùs Cof.*

---

*Quam benè nupta datur Marianna tibi, Optime STIRI;  
O amor! ò votis annuat ille tuis!*

*Sis felix. Semperq; hujus tibi splendeat ignis:  
Succedant tædis quæq; secunda tuis.*

*Exornet pax alma torum, concordia servet,  
Ac nexu firmo pectora firmet amor.*

*Sit*

*Sit mens lata, domus sit multâ prole beata:*  
*Et si vota valent, omnia melle fluant.*

*Congratulatur*

Johannes Fuchsius Doctor.

**U**Xorem ducens STIRI WOLGANGE, memento,  
Quis sit, quem stringunt vincula connubii?  
Mancipium faciunt quidam, servumq; maritum,  
Alterius dum sit, qui suus esse queat.  
Errant. Esse bonum cum Conjuge vivere, dixit  
Auctor, qui cuncti creditur usq; boni.  
Ergo non turbet te quicquam, lætior ito,  
Nam talem jussit te DEUS ire viam.

*Bono animi affectu gratulabundus  
apposui*

M. Michael Hermannus  
Eccles. ad D. Mar. Magd. Diacon.

**I**ngenio quamvis restat modò flammula parva  
*Ad votum largè nec mage Vena fluit:*  
*Quin natus dolor ex inopinâ morte Maritæ*  
*Impedit excussa plectrâ movere chelys.*  
*At Patris antiquus quo me comprehenderat olim*  
*Urget Amor, Gnato ut prospera quaq; precer*  
*Ac equidem Gnato, qui Gloria summa Parentis*  
*Clari, quo mihi non charior alter erat.*  
*Hinc Fautor charissime captis grator honestis*  
*Dum tibi divino munere Sponsa venit.*  
*Et precibus cœlestem sollicitare Parentem*  
*Insto vobiscum vota q; jungo pia:*  
*Ut thalamo felicia det primordia vestro*  
*Et medium & finem prosperitate beet.*

C 2

Sit

*Sit vobis jucundus Amor, Pax jurgia pellat,  
Sit benedicta domus, sint sine Nube dies.*

*Cumq; fugax vitæ presentis desinet aura  
Vos maneat celso, vita salusq; Polo.*

*Hæc precor ex animo, Neonymphæ, tibiq; tuæq;  
Sponsæ, sed votis annuat Ipse DEUS.*

Amoris & fausti ominis ergo  
deprop.

Johannes Stirius Ecclesiæ  
Oenopolitanæ, quæ est Patriæ,  
Pastor & Senior.

**T**erra malos homines nunc educat, atq; pusillos;  
*Moroso vates dixerit ore vetus.*

*Nos id dicenti, quod tempora nostra refutent  
Pluribus exemplis, indubitare decet.*

*Testis ades, STIRI, bona quem Natura DEUSq;  
Procerum fecit corpore, mente bonum.*

*Mortales supereminuit SAUL vertice cunctos:  
Cedere te SAULO nilvè parumvè rear.*

*Nec contendo tamen Goliæ te, aliivè gigantum:  
Monstra soli hi fuerant, prætereaq; nihil.*

*Nec cur Maxmini caligas mordace cavillo,  
Nanorum objiciat livor inanis habet.*

*Dotibus & multis, & magnis Numina plura  
Mentem animi certant condecorare tuam.*

*Omne sophos sacre sectæ, sophos omne profana,  
Eusebie, tibi dant, Musa, Minerva, Themis.*

*Arx velut, excelso quæ culmine tendit ad astra,  
Principibus præbet digna habitacula viris:*

Sic



Sic parvum refugit generosus spiritus antrum:  
Magna animum magnum corporis aula decet.

Et de mente tuâ quid dixero verius isto;  
Hospitium pulcrum pulcrior hospes habet?

Ob tantas, STIRI, dotes, me iudice dignus  
Vivis, cui faveant incluti in orbe viri.

Ob tantas dotes dignus me iudice vivis,  
Exoptet sibi quem quæq; puella virum.

Quæq; sibi exoptet: saltem tamen una puella  
Hac jam nunc poterit prosperitate frui.

REUPRECHTINA frui poterit: quam Consule natam  
Inducet thalamo mox Venus alma tuo,

Gaudeat ipsa toro tali dignata virago:  
Tu quoq; gaude istud Virginis apte decus.

Utq; diu junctim fausti gaudere queatis,  
Vestrum multimodis ornet Jova torum,

Fusurum inprimis natos natasq; subinde,  
Corpore qui similes sint animoq; tibi.

Quos quondam fuerit qui contemplatus adultos,  
Miretur summum parte ab utraq; decus:

Et dicat: Credat, lubitum est cuicumq; poëtis:  
Terra homines longos nunc parit atq; bonos.

M. ELIAS Major, P. L. C. Gymnasii  
Vratislaviensis Rector & Professor,  
Cæterarumq; ibid. Scholar. Inspector..

**F**ortia Bellantùm transit per praelia victrix,  
non metuens diræ spicula mortis, Amor.

O Amor æterni Patris Natiq; perennans,  
Qui præstare tuis prospera cuncta potes.

C 3

Hisce

*Hisce tuis Sponsis digneris adesse novellis,  
Quos pius in casto fœdere jungit amor.  
Spiritus es fortis; defende potenter inermes,  
Vita es; mortales fac superesse diu.  
Optimus es; bona grata Bonis da, noxia pelle,  
Felicesq; suo se jube habere toro!*

Ità honoribus nuptialibus

Præstantissimi & Consultissimi Viri,  
cum divinitus sibi delectâ & dilecta  
Sponsi, ex animo gratulans vovet  
& favet

JOHANNES KURZMANN Vratislaviens.  
Ecclesiæ patriæ ad D. Mar. Magdal. Diaconus,  
& ad SS. Trinitat. Ecclesiastes.

Ὁνοματοχαρακτηρισμὸς

ad Nomina Spp.

**C**omposita est ex nominibus Marianna duobus;  
Fronte Maria quidem, à calce sed Anna sonat.  
Quantum, Sponse, Maria intentat amaricièi,  
Promittit tantum gratiæ & Anna Tibi.  
Hæc sacra non aliter constant; lex ista perennis:  
Conjugii nunquam mel sine felle datur.  
Sed neq; Conjugii tam-fel existit-amarum,  
Quod nequeat sapidum reddere DIACHARIS.  
Cornua SORS sumat? Tu contra Stirijs esto,  
Forti animo quodvis excipiendo malum.

Omne

*Omne DEI est, quantum patimur, Cui quisquis adhaeret,  
Impete nullius sternitur ille mali.  
Quem Tibi quemq; Tuæ Rectorem exopto perennem,  
Sic Wolfgangus eris nomine reg; bonus.*

Breslæ in exilio suo  
meliore affectu quàm  
profectu deprop.

**Martinus Gasto Swidnic.**  
Ecclesiæ patr. non ità pridem  
Archidiaconus.

**Q**uàm scitè cecinit *Jessæus carmine Vates,*  
Quod sit Rectorum stirps benedicta DEO.

*Hæc legit Vir quidam doctus; Tanta sequuntur  
Si, inquit, Rectores præmia, Rector ero.*

*Quid sit? Musarum cepit moderamina Ludi,  
Mater & implevit sospite prole domum,  
Sed felice minus: quia commoda publica privis  
Postposuit, metuens cœlica jussa parum;*

*Ad Mundi placitum componens omnia; spernens  
Suaderet recti conscia quid sibi mens.*

*Legit idem STIRIUS, cujus nunc Filius intrat  
In thalamum, Phœbi clarus ab arte nitens.*

*Legit, & exclamans dixit; Si tanta sequuntur  
Rectorum sobolem præmia, rectus ero:*

*Atq; idem juvenum per tempora longa fidelis  
Rector, cum recto pectore norma fuit.*

*Nec minùs idem Disciplinae cultor & altor,  
Quàm Præceptorum fautor & autor erat.*

*Sic duo in uno conveniunt, Rectorq; animiq;  
Rectus homo, solers cultor uterq; DEI.*

*Hinc*

Hinc felice D E U S aonavit prole Parentem,  
 Quæ nunc est Generis stemma decusq; sui;  
 Ex cujus numero W O L F G A N G U S grandior ævo,  
 Ad praxin Juris strenuus accelerat;  
 Ingenii specimen claris in Jure Patronis  
 Ostendens, cœpit jam utilis esse foro.  
 De reliquis itidem spes est amplissima natis,  
 Hos fore fulcra sui stemmatis atq; fori.  
 Sic facit ipse D E U S testatum, quod sua pacta  
 Sint vera, & Pietas præmia certa ferat.  
 Quod Candor, cujus studiosus S T I R I U S olim,  
 E q; solo, e q; polo celsa tropea petat.  
 Candor abest, nam quando tuis virtutibus, omnis  
 Virtus est fallax: nec Pietas, Pietas.  
 Est condimentum virtutum Candor, & ipse  
 Quod membris Sanguis: Corpori & est Animus;  
 Illud & est Candor nostris Virtutibus, omnes  
 Dans ipsis vires, augmina grata fibris.  
 Quando igitur W O L F G A N G E tibi nunc ducitur Uxor,  
 Atq; pia matris filia casta datur,  
 Ominer anne aliud, quàm quod promittit Jova,  
 Rectorum felix vivet in orbe Genus:  
 Nulla ejus soboli bona deerit copia rerum,  
 Clementem semper sentiet illa D E U M.  
 In te florescet stirps S T I R I A; gliscet & in te,  
 Quod profit Matri, Fratibus, atq; Tibi.  
 Vos pariter gaudete, quibus data frena juventa,  
 Rectorum sobolem præmia dia manent.  
 Quippe Salus Rectorum est: sed benè discite, quorum  
 Rectorum; & recto corde timete D E U M.

In gratiam Optimi juvenis, & Dn. Parentis p. m. Viri honoratiss.  
 & de juventute Scholasticâ per multos annos præclare meriti,  
 qui antè an. 28. me suum ConRectorem desiderabat, laudatis-  
 simamq; memoriam, hoc qualecunq; Votum reliquis subjicieb.

J E R E M I A S T S C H O N D E R Vratisl.

Philosoph. M.

VOTUM



VOTUM  
 Voto & Symbolo Dn. SPONSI paterno:  
 DEUS PROVIDEBIT,

ὁμολογηθῶν.

**P**rovidente nuptialis  
 Conditore vinculi  
 Vincietur arctiore  
 Conjugum ligamine  
**STIRIUS**, perennis ardor  
 Et decus Novensilum.  
 Providente, dico, sancti  
 Conditore vinculi  
 Vincietur, auspicio  
 Vincietur & modo.  
 Qui pià precatione  
 Suscipit negotium,  
 Et negotiatur emptor  
 Venditore cum DEO,  
 Expedita dante dona,  
 Aere pro dato precum,  
 Post deinde castitatis  
 Laude querit inclutam,  
 Querit optimo creatam  
 & Parente Filiam,  
 Providente copulari  
 Censeatur is DEO.  
 Talis es negotiator,  
**PROTONYMPE**: suscipis  
 Cum pià precatione  
 Conjugi negotium:  
 Expetis piam, pudicam,  
 Et lucrare Virginem,  
 Virginem pià, pudicà  
 De Parente profatam:  
 Filiam Viri, Parentis,  
 Quem Senatus Oppidi,

Flore tum suo celebris,  
 Nunc jacentis Oppidi,  
 Evehebat invidenda  
 Dignitate Consulum,  
 Consulem rei parande  
 Civitatis utilem.  
 Expetebat hanc Puellam  
 Creber ante Te Procus:  
 Irritus sed expetebat,  
 Quam tuo DEUS toro  
 Ex amore providebat,  
 Ex amore providet.  
 Copulare cum Puella  
 Virginum probissimà,  
 Quae comes sequentis aevi  
 Providente fit DEO,  
 Nec toro debinc minorem  
 Pollicere gratiam.  
 Providebat is PARENTI,  
 Providebit & Tibi,  
 Si laboriosioris,  
 In PARENTE, pectoris;  
 Immò fructuosioris,  
 In PARENTE, muneris  
 Aemulator, arte multis  
 Et labore civibus  
 Commodare concupisces  
 Civis utilissimus.  
 Esto talis & Jehovae  
 Crede providentiae  
 Te, tuae futura vitae  
 Fata, Matrimonium,

D

Matris

p. m. Viri honoris  
 honos prelati meriti  
 desiderabat, laudis  
 cum reliquis subiecto  
 DER Vratist.  
 Viri

Matris & diu moratas  
Exulis molestias.  
Sæviunt quidem procellæ,  
Non perenne sæviunt:  
Noctis anxie tenebras  
Lucidus fugat dies:  
Nubilum cupita cœlum  
Excipit serenitas.  
Quicquid est adhuc minarum,  
Quicquid est gravaminum,  
Numinis paterna tandem  
Finiet benignitas,  
Et sereniore cœlo  
Vestiet Silesiam.

Rideat serenitate  
Patrium, precor, solum:  
Rideant amœnitate  
Singuli Domus loci.  
Par novum beatitate  
Cœlica simillimâ  
Polleant in universis  
Occupationibus.  
Occupatio Trochæi  
Comprecantis hæc fuit.  
Purus est quidem Trochæus;  
Purior precatio.  
Quæ fluit ex liquido & illimi  
STIRIANO nomini debito  
affectu

M. Henrici Closii in Gymn.  
Vratisl. Con-Rectoris.

WOHLGANGUM precio MIHI quis vero æstimet? Aris  
Incedit variâ CLARUS, & Ore gravis:  
Qualis erat STIRII quondam generosa PARENTIS  
Virtus; SVIDNICIUM quem coluit, doluit.  
Egregiè INCESSIT STYRIUS WOHLGANGUS; amorem  
Invenit SPONSÆ, quæ Charis; ipsa VENUS.  
Consulis hæc audit PURI, Urbis, Filia, PURÆ  
SVIDNICII, Patriâ hæc, hoc Genitore cluit.  
Quid superesse rear? Votis certemus AMICI,  
WOHLGANGO ut profit NOBILE Conjugium.

Εὐνοίας & sinceritatem suam ultrò  
ostensurus, accedebat,

GODEFRIDUS WAGNER Vratisl. D. Elisab.  
Cantor, Gymnasiq; quod ibid. Collega Primarius.

WOLFGANG STIRIUS  
per Anagr.

FAVOR GIGNIT LUSÛS.

GIGNIT inherentes Lecto FAVOR inter AMANTES  
LUSÛS; ludendo continuatur Amor.

Isse

*Iste FAVOR Vobis GIGNAT, duo Corcula, LUSUS,  
Fusio post lusum ut LUSUS & usus eat.*

*benè ominans ludeb. & voveb.*

*Casparus Hofman p. t. Reip.  
Herrnstad. Notar.*

*Parodia ad Od. Horat. lib. III. Od. XIII.*

*O PARS Pieridum nobilior chori,  
STIRI, digne metro, non sinè Numine  
Nunc donabere NYMPHA:*

*Quæ firmâ, TIBI, copulâ  
Se vitæ Sociam individuam dicat.*

*Fiat! Nec lacrymans impediât tuos*

*Pacti fœderis orsus*

*Natalis facies soli.*

*TE pungentis iners flamma Cupidinis*

*Nescit tangere: Tu frigus amabile*

*Crebro pectoris æstus*

*Præbes, ignibus & vagis.*

*Fies blandiduli Tu quoq; Filii,*

*JOVA dante, Pater, cornua post decem*

*Phæbes; Ille futurus*

*Vitæ delictum tuæ.*

*Fiat! Fiat! Optaturis opto*

*CHRISTOPH. Ansforge Svidn.*

*Accipe gratantis, Frater charissime, Fratris  
Vota, perennifluis continuanda metris.*

*Vota nec in votis quæ proflua verba requirunt,*

*Dum faciendâ TIBI, dum faciendâ TUÆ.*

*Faxit utrumq; DEUS, VOBIS ut & absit & adsit,*

*Vel quod adesse decet, vel quod abesse juvat.*

*Nam Cœlestis potest VOS, PAR PERAMABILE, NUMEN*

*Tàm relevare malis, quàm cumulare bonis.*

*Hæc me vota jubet fraternus promere Candor.*

*Efficiant faustum seria vota torum!*

*Ita ὀλοκαρδίως Fratri Frater vovet*

*GEORGIUS STIRIUS.*

\* \* \*

**Q**uod prius inflixit vulnus tibi copia Martis,  
 Cum peteres Patrium, Frater amande, solum:  
 Id nunc sanatum, Thalami quia fœdere Sponsam  
 Associant lateri, Fata benigna, tuo.  
 O benè succedat! voluit sic Dia voluntas,  
 Mens in perpeſſo ut lata dolore fiet.  
 Aurea Pax niveis Thalamum circumvolet alis:  
 Omnimodâ tede prosperitate cluant.  
 Hæc precor, hæc voveo; facias rata vota J E H O V A,  
 Si rata vota facis, sunt rata vota fatis'.

Ernest: Frideric: Stirius  
 Sponsi Frater..

**S**WIDNICIUM vitæ Dux, clara Budorgis aſylum,  
 Quò tendas dubiâ sorte tonante, fuit.  
 Illa dedit caſtam caſtâ cum mente Maritam,  
 Hæc dedit, ut poſſis condecorare torum:  
 Concepto mentis potiuntur deniq; voto,  
 Mens quibus eſt niti, S P E Q; F I D E Q; D E O.  
 Nixus es: ô propera, quòd cœptum, absolvere penſum.  
 „ Cui ſpes ſola D E U S, non malè fidit H O M O.

ὁμαροσωίνσ ἐνενα  
 appof.

Johan. Wolfgangus Hartmannus  
 Svidnicenf. Sileſ.



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio  
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano  
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij  
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quò Deus Autor,  
Cui te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus  
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

**SPIRITUS** Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

**BAPTISTAM** ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

**GEBELI!** vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quæ sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene serò) tuis,

Cum tuba te rupta tumbâ revocabit ab umbris,

**IOVA**, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosiâ rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati pramia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

**JANE** mihi multo n nomine charè! **VACE.**


ULB Halle

3

002 062 674







50 50  
...PTIALI  
...RI & AMORI  
...STIRI SVIDNICEN.  
...PONSI  
CUM

...NNA VIRGINE  
...SARIS REIPRICH I  
...DE EAD. REP. BENE  
...RELICTA FILIA  
...PONSA

AN. dō Ioc XXXV.  
WratisLæ

DEO & DIE  
...CITER INITO  
...SACRATA

â  
...NIS & AMICIS  
...VOTA VOTA

---

...LSNÆ SIL.  
...hölsemesserianis  
...decusa,  
✠